

4.

S. LEMNII
POETAE AMORVM
LIBRI IIII.

AD LECTOREM.

Non hæc lasciuræ tibi sunt epigrammata musæ,
Crede mihi nulli carmina nostra nocent.
Hic tantum teneros miseri dessemus amores,
Continet euentus pagina tota meos.
Si quid erit forsan, de me tu scripta putabis,
Ista Venus nostra est, iste Cupido meus.
Hæc legat & retricus, legat hæc & fronte serenus,
Hæc legat & Curius, Fabritiusq; simul.

ANNO M. D. XLII.

D. G. J. J. J. J. J.
Jo. J. J. J. J.
10. J. J. J. J.

C. J. 4 v. l.

AD FLAVIAM.

INter Germanas pulcherrima Flauia Nymphas,
 Dulcis amatoris dulcia uerba lege.
Ipsa statim uenias oro, cum legeris illa,
 Non absens fueris, cum mea scripta leges.
 Noueris has gemmas, & signa notata tabellis,
 Pectore & affectus promptaq; uerba meo.
 Non hæc uana putes modo quæ tibi scribit amator,
 Quæ credis forsan non benefingit amor.
 Fallere nescit amans raroq; fefellit amantem,
 Quisquis amat uerbis pectora nudus erit.
 Quoq; magis flammæ celas, hoc clarius illa
 Ardet, & è tepido proditur illa sinu.
 Non dubij forsan dudum produntur amores,
 Si poteris uerbis forsan habere fidem.
Teprecor ob nostros etiam si credis amores,
 Quodq; meum pectus dicis & ipsa tuum.
 Si licet accedas uacuis dum carmina scribo,
 Inq; tui curam captus amore uaco.
Cum canerem musas atq; Hippocrenidas undas,
 Quasq; Meduseis ungula fecit aquas.
 Flauia disposito tu sæpius ordine stabas,
 Pro musa pariter Flauia nympa fuit.
Atque ubi forte legit lacerauit musa libellos,
 Quos iterum melior scribere iussit amor.
Sed dum forte meo sic inuidet illa labori,
 Nescio quos motus tum Venus ipsa dedit.
Vicq; adeo Veneri cum musis gratia parua est.
 Quod musæ prohibent hoc Venus ipsa iubet.
Blanditias Veneri calamus nunc concipit uni,
 Quæq; tibi nuper oscula sæpe dedi.
Qualia formosæ tetigi tum membra puellæ,
 Cum mecum lectis Flauia nuda fores.
Quale

Quale femur nymphæ uidi qualesq; papillas,
Qualis erat uenter qualis & ipse sinus.
Qualis erat crinis capitis uultusq; iacentis,
Qualis Apelleæ dicitur illa manus.
Amplexuq; tuo fusus quàm molliter hæsi,
Quàmq; tuum pressi pectus adusque meum.
Donec uterq; fuit lecto resolutus in alto,
Et iacuit Veneris ceu superatus ope.
Ah quoties mixtis coniunximus oscula linguis,
O quoties potui conseruisse latus.
Ah quoties imis dulcedo exempta medullis,
In tepido fecit gaudia mille sinu.
Tantus inest ardor grata dulcedine mixtus,
Ut madido guttas pectore sistat aqua.
Frigidior stomacho fueram, cum Flauia uenit,
Concubuitq; mihi conseruitq; latus,
Omne fugit, quod nuper erat, de pectore frigus,
Concubitus febrim depulit ille meam.
Qualis erat dulcedo tuis defluxa labellis,
Et roseo succus qualis in ore fuit.
Oscula cum pura carpsi luctantia lingua,
Et iacui gremio fusus amore tui.
Membraq; concubitu fuerant effracta iacentis.
Dum Veneris gratum bis reparatur opus.
Quæ mihi de forti ruperunt pectore uires,
Venerat ut succus ossibus ipse meis.
Misceo concubitus, nimiaq; libidine uictus,
Sicut in Alphæas ipse resoluor aquas.
Abstulerat uires fessosq; libidine sensus,
Qui gremio motus dulcis amoris inest.
Spectantem primum nosti lætata fenestris,
Magnifica fueras obstupefacta domo.
Ingredieris toties nitidos mirata Penates,
Et toties pictos ipsa tuere lares.

Dehinc auro pariter radiantia tecta uidemus,
Molliter instructus lectulus unus erat.
Hic nitidas uestes ponis nudata papillas,
Detegis hinc suras, detegis inde femur.
Porrigis & uentrem, niueoq; colore rosarum,
Corpora demonstras candidiora mihi.
Cunus erat purus, tumidusq; libidine dudum,
Sic oculis stabas ipsa uidenda meis.
Affectuq; sui Venerisq; cupidine demens,
Et breuior cupido spiritus ore fuit.
Firmior arboribus mihi stabat in inguine neruus,
Extensusq; utero fulminat ille caput.
Depressusq; iterum tum fortior ille resurgit.
Ac ueluti ualida corda recurrit ope.
Prima thoros molles & scandis prima cubile,
Mox etiam nobis oscula prima dabas.
Meq; ubi uidisti cupidum neruumq; rigentem,
Accumbis gremio tota refusa meo.
Ipse latus femoriq; femur simul impiger addo,
Et lateris totis uiribus utor ego.
Aestuatur hinc pectus subitaq; cupidine sauit,
Ultima de blando semouet osse Venus.
Dumq; est in cursu sequitur post plena uoluptas,
Et iacuit molli lassus uterq; thoro.
Hinc petimus lætis conuiuia mollia mensis,
Et pariter digitis carpit uterq; cibos.
Post epulas iterum, & tua uerba sequuta Lyæum,
Ad Venerem & molles currit uterq; thoros.
Terq; quaterq; subit Veneris repetita uoluptas,
Continuoq; Venus dulce peregit opus.
In facie tepidæ turgescunt undiq; guttæ,
Pallidus inde color sanguine mixtus erat.
Accipiunt requiem lassata libidine membra.
Est Veneris somnus dulce sequutus opus.
Meq;

Mec̄ tuo gremio defessum blanda fouebas,
Tetenui amplexu nec minus ipse meo.
Talis erat somnus Iouis & Iunonis amatæ,
Cum iacuere simul uallibus Ida tuis.
Iupiter ex Ida spectabat prælia Troiæ,
Cum Veneris cestu Iuno ueniret ope.
Culta fuit gemmis & tota decora lapillis,
Flaua fuit crines, alba sed ipsa sinus.
Qualis & auroræ uenientis mane rubescit,
Talis erat uultus purpureusq̄ color.
Qualis ab Eois cum splendet Lucifer oris,
Tales & uestes fama fuisse canit.
Iupiter amplexum motus Iunonis amore
Appetit, & mouit pectus ad usq̄ sinus.
Hic circum Dryades, & montis Oreades Idæ
Purpureas sternunt adiūciuntq̄ rosas.
Hic uiolæ redolent, & mollis amaracus illis,
Herbarumq̄ simul quod genus Ida dabat.
Concubitus inijt sic Iupiter inter odores,
Totq̄ simul flores collibus Ida tuis.
Lassus uterq̄ rosis placidam per membra quietem
Cepit, & amplexu se fouet illa Iouis,